

Matheus regulam iustitiae tenens incipit ab Abraham originem enumerare, qui praef.  
est pater fidei cuique ex fide credenti aestimatum est ad iustitiam. Sequitur ergo 2v  
Matheus ordinem iustitiae. Dicit denique: *Qui receperit iustum in nomine iusti, merce-*  
*dem iusti accipiet.* Et quia originem ostendit Matheus, est evangelium secundum 5  
Matheum facies hominis de quattuor animalibus ab Ezechiel prius et postea in  
Apocalypsi Iohannis \*ostensis.

Lucanus regulam tenens legis incipit enarrare a sacerdotio Zachariae. Facit  
etiam mentionem vituli illius saginati interfecti pro gaudio filii prodigi advenientis, id  
est iunioris, qui accepit a patre stolam et anulum (<...> epulari etiam iussit. Est 10  
evangelium secundum Lucanum facies vituli de quattuor scilicet animalibus, ut  
supra dictum est, demonstrat(is).

Marcus regulam tenens prophetiae sic incipit: *Sicut scriptum est in Esea prophe-*  
*ta: Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam.* Est ergo evangelium secundum 3r  
Marcum facies aquilae, quae habet similitudinem spiritus sancti, quo adinpleti 15  
prophetae sine cessatione prophetabant.

Iohannis regulam tenens principii ipsius filii dei Iesu Christi domini et dei nostri  
incipit ergo sic: *In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat*  
*verbum. Hoc erat in principio apud deum.* Est ergo evangelium secundum Iohannem  
facies leonis, ut superius dictum est, de inde demonstratis quattuor animalibus. 20  
Quare autem leonis? Sicuti leo in omnibus beluis ac feris obtinuit principatum, sic

---

**2** incipit ... enumerare] cf. Mt. 1,2 **3** pater fidei] cf. Rom. 4,12 | aestimatum ... iustitiam] cf. Gen. 15,6 (Rom. 4,3) **4sq.** Mt. 10,41 **6sq.** quattuor ... ostensis] cf. Ez. 1,5–14; Apoc. 4,6–8 **8** incipit ... Zachariae] cf. Lc. 1,5 **9sq.** vituli ... iussit] cf. Lc. 15,22sq. **13sq.** Mc. 1,2 **18sq.** Io. 1,1sq.

---

**2–91** Matheus ... eorum<sup>2</sup>] cf. Victorin. Poetov. in apoc. 4,4 **11sq.** ut supra dictum est] cf. 6sq. **20** ut ... animalibus] cf. 6sq.

---

KZ

---

**1** regula Z; regulam K (fort. regulae scribendum est)

**2** ab om. Z | origine Z || **3** credentis Z || **3sq.** sequitur ... iustitiae] et Z || **4** recepit Z || **5** et ... Matheus om. Z || **7** Apocalypsin Z | ostensis scripsi; ostensu (-sa pc.) K; ostensum Z || **8** Lucanus K (ac.); Lucas K (pc.) Z | legis K (pc.); legem K (ac.) Z || **9** etiam om. Z | mentione Z **9–12** advenientis ... demonstratis om. Z || **10** lacunam indicavi (quae verbis pro quo suppleri potest) || **11** Lucanum K (ac.); Lucan K (pc.) || **12** demonstratis scripsi; demonstrat (-stra ac.) K **13** sic incipit sicut om. Z || **13sq.** Esaiam prophetam Z || **14** ergo om. Z || **14sq.** secundum Marcum evangelium tr. Z || **15–20** aquilae ... leonis tr. Z ita, ut iuxta consuetudinem recentiorem Marco leo Iohanni aquila ascribatur || **15** qui Z | quod Z | adinpleti (adinplet in ac.) K; adinplet Z **16** prophetae] qui add. Z | prophetabant] verbum domini add. Z || **17sq.** domini ... ergo] incipit Z **18sq.** verbum<sup>2</sup> ... deum] reliqua Z || **20sq.** ut ... leonis om. Z || **21** sicut Z

dominus noster leo etiam ab Iacob in benedictione dictus est Iudae. Non inmerito Iohannis evangelista ex quattuor animalibus, ut supra dictum (est), demonstratis leoni adsimulatur vel habet figuram: A principio etenim originem verbi incipit  
 3v exponere, quod verbum deum dicit (et) eundem verbum hominem factum. *Et verbum caro factum est et habitavit in nobis*, id est salvator noster Christus, de quo et Eseias dixerat concipi per virginem et dici Emmanuel, *quod interpretatur 'Nobiscum deus'*. Pater et deus (...) in principio apud eundem deum patrem, per quem facta sunt omnia.

30 Nam et rerum gestarum rationem evangelia servant: Primo enim iustitia fuit, ut dictum est de Abraham. Quam regulam Matheum tenere ostensum iam superius est, qui initium a iustitia, id est ab Abraham, sortitus est. Post iustitiam, id est post Abraham, lex tradita est Moysi, quaeque lex secundo loco ponitur. Quam regulam, sicuti dictum est, tenens \*Lucanus a sacerdotio incipit. Post legem datam Moysi  
 35 tertio loco prophetia ponitur, cuius regulae ratione(m) Marcus prosecutus est. Denique ab eo, quod tertio loco prophetia ponatur, iuxta stilum coeptae rationis hora tertia passum dominum solus Marcus conscripsit. Post prophetiam loco quarto adventus domini nostri Iesu Christi per Iohannem declaratus est. Sic enim dicit, ut ostendat, quid, priusquam hominem acciperet, fuerit salvator, et quatenus hominem  
 4r induerit, ut iam superius dictum est: *In principio erat verbum et verbum erat apud deum et deus erat verbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil*. Et quid sequitur? *Et verbum caro factum est et habitavit in nobis et vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti missi a patre*. Est ergo quarto loco adventus domini nostri Iesu Christi, quem Iohannis et deum et dei  
 45 verbum dicit. Hunc igitur Gabriel angelus in uterum detulit virginis Mariae, ut hominem sibi in utero ipse figuraret, ut prophetia Eseiae inpleretur dicentis: *Ipse*

---

22 leo ... Iudae] cf. Gen. 49,9 25sq. Io. 1,14 26sq. Eseias ... Emmanuel] cf. Is. 7,14 27 Mt. 1,23 28sq. per ... omnia] cf. Io. 1,3 37 hora ... conscripsit] cf. Mc. 15,25 40–42 Io. 1,1–3 42sq. Io. 1,14 46–48 Is. 7,14

---

23 ut supra dictum est] cf. 6sq. 30sq. ut dictum est] cf. 2sq. 34 sicuti dictum est] cf. 8 40 ut iam superius dictum est] cf. 17–19

---

KZ || 43 patre] des. Z

---

22–25 non ... deum om. Z || 23 Ioiohannis K | est addidi (cf. 11sq.) || 25 et<sup>1</sup> addidi || 26 habitabit K | id ... et<sup>2</sup> om. Z || 27 concepi (concepit pc.) Z | per ... dici] virgo et dicit Z (pc.) || 27–30 quod ... servant om. Z || 28 lacunam indicavi || 30 primum Z || 30sq. ut ... de] id est ad Z 31sq. quam ... est<sup>2</sup> om. Z || 32sq. post<sup>1</sup> ... Abraham mg. Z || 33sq. quaeque ... tenens om. Z 34 Lucanus scripsi; Lucanum K; Lucanos (Lucas nos pc.) Z | seccerdotio Z; fort. Zachariae addendum est (cf. 8) | post ... Moysi om. Z || 35 prophetia] per propheta Z || 35sq. cuius ... rationis] Marcus Z 35 rationem scripsi; ratione K || 37 passum dominum] passio domini Z | quarto loco post prophetia Z || 38sq. sic ... quid] sicut dicit quod Z || 39 hominem<sup>2</sup> homine Z || 40 iam om. Z 40–42 verbum<sup>2</sup> ... sequitur] reliqua Z || 42 et<sup>3</sup> om. K || 43 habitavit ... et om. Z | gloriam<sup>2</sup> om. Z

*dominus dabit (signum). Quod signum? Virgo concipiet in utero et pariet (filium et vocabitur) Emmanuel. Hoc est ergo verbum caro factum (est) et habitavit in nobis: Emmanuel, id est 'Nobiscum deus'. Per hunc igitur verbum, id est per filium, quem ante omnia saecula inenarrabiliter de corde patris processisse manifestum est, id est per dominum nostrum Iesum Christum, pater omnipotens cuncta \*perfectit. Nam sic ostendit scriptura ex persona patris ad filium: Faciamus hominem. Et fecit deus hominem, ad imaginem dei fecit illum.* 50

Quattuor ergo futura evangelia olim in \*figuris ostensum est. Denique in Genesi scriptura declarat: *Fons autem procedit ex \*Edem inrigare paradysum et inde dividitur in quattuor initia.* Fons ergo iste est dominus noster Iesus Christus, de quo exeunt quattuor flumina, id est quattuor evangelia, sicut dicit Iohannis evangelista: *Flumina de ventre eius fluent aquae vivae.* 55 4v

IOHANNIS. *Unius fluminis nomen est Fison, quod circuit terram Evilat. Habet terra illa aurum bonum et est ibi carbunculus et lapis prasinus. Aurum bonum speciem regalem demonstrat; et magi inter cetera aurum ut regi offerunt. Carbunculus autem spiritus sanctus intellegitur, quem dominus noster Iesus Christus post resurrectionem suam apostolis dedit dicendo Accipite spiritum sanctum et insufflavit in illos; et ideo Fison ab insufflatione, quia Grece fisa 'sufflare' dicitur. Nullus autem* 60

---

49 Emmanuel ... deus] cf. Mt. 1,23 52sq. Gen. 1,26sq. 55sq. Gen. 2,10 57sq. Io. 7,38 59sq. Gen. 2,11sq. 61 et ... offerunt] cf. Mt. 2,11 63sq. Io. 20,22

---

47-49 quod ... deus] cf. Tert. carn. 17,2 (CCSL 2, p. 904,12-15: Quod istud signum? Ecce virgo concipiet in utero et pariet filium. Concepit igitur virgo et peperit Emmanuel, quod est Nobiscum deus) 59-91 Iohannis ... eorum<sup>2</sup>] de variis fluminum interpretationibus cf. F. Wutz, *Onomastica sacra*, 1914, 187-189 et praecipue M. Thiel, *Grundlagen und Gestalt der Hebräischkenntnis des frühen Mittelalters*, 1973, 25-28 64 Fison ab insufflatione] cf. Ps. Hier. expos. IV evang. prol. (PL 30,533A: Fison insufflatio [insufflicio PL]; significat Ioannem)

---

K || 49 per<sup>1</sup>] inc. k || 54 quattuor] inc. Z | olim] inc. g

---

47 signum<sup>1</sup> addidi || 47sq. filium et vocabitur addidi (cf. 294sq.) || 48 est<sup>2</sup> addidi || 49 hunc] de voce verbum genere masculino usurpata, cum de Christo agatur, cf. e.g. 1195sq. || 49-51 igitur ... perfectit] ergo verbum k || 51 perfectit scripsi; pervicit K || 52 patris ... fecit om. k | hominem] fort. ad imaginem et similitudinem nostram addendum est (cf. 2890sq.) || 53 fecit illum om. k 54 ergo om. Z | futura om. k | in figuris om. Z t<sub>1</sub> | figuris scripsi (cf. 113); singula K | ostensus Z | denique om. Z | in<sup>2</sup>] ex g || 54sq. fort. in Genesis scriptura declaratur scribendum est (cf. 2986) 54 Genesae Z; Generico k || 55 scriptura ... inrigare] fons procedens inrigans t<sub>1</sub> | Edem scripsi; aede K; eodem Z | paradiso k || 56 initia K; capita Z; partes t<sub>1</sub> | iste t<sub>1</sub>; om. KZ || 57 est] sunt k | dicit mg. K | dicit Iohannis evangelista] Iohannis in evangelio dicit t<sub>1</sub> || 58 vivae] vitae K || 59 Iohannis om. t<sub>1</sub>; neque hunc titulum neque sequentes distinguunt KZ | uni flumini (-nis k) t<sub>1</sub> | est om. t<sub>1</sub> | Ficson k; Fyson Zg | quod] ipse est Iohannis qui t<sub>1</sub> || 60 bonum<sup>1</sup>] optimum t<sub>1</sub> | est om. Z | lapides g 60sq. specie regale Z || 61 et ... offerunt om. t<sub>1</sub> || 62 spiritus ... Christus] Iesum Christum k Christus om. Z || 63 suam om. g | apostolis] ad apostolos Z | apostolis dedit dicendo] in apostolis (-los k) insufflavit dicens t<sub>1</sub> || 63sq. et ... insufflatione om. t<sub>1</sub> || 64 Grece] gere Z(ac.); Greci k | fysa Z t<sub>1</sub> | insufflare t<sub>1</sub> | dicitur] dixerunt Z || 64-66 nullus ... figuram om. Z || 64 autem om. k

65 evangelistarum de spiritu dato per insufflationem dicit nisi solus Iohannis, qui Fison fluminis habet figuram. *Lapis autem prasinus* propter colorem baptismi habet figuram. Ita opus erat, ut, quod necessarium esset baptismum, etiam spiritus sancti non deesset figura.

LUCAN(US). *Secundo flumini nomen Geon, quod circuit terram Ethiopiam.*  
 70 Ethiopes nigri homines habentur. Est ergo imago fluminis Geon evangelium secundum Lucanum, quia iuxta legem scripsit. Iudei enim praecepta legis \*non observando Ethiopes designantur nigri, peccatis scilicet nimis contaminati, interficiendo prophetas et iustos; novissime etiam ad cumulum malorum suorum in ipsum  
 5r dominum saevierunt ita, ut dicerent contradicente Pilato *Sanguis huius super nos et*  
 75 *super filios nostros* et *Nos non habemus regem nisi Caesarem*. His igitur factis manifestissime [ea] Ethiopes accipiuntur. Geon autem terrae nomen est; quid aliud est nisi quia Iudeis non aliud quam terra repromissionis datur? Terreno scilicet populo terrena, populo autem caelesti regnum promittitur caelorum.

MATHEUS. *Tertio flumini nomen est Tigris; \*hoc est, quod vadit contra Assyrios.*  
 80 Assyrii angustatores interpretantur: Sunt enim Persae. Sicut enim tigris fera macu-

---

69 Gen. 2,13 74sq. Mt. 27,25 75 Io. 19,15 79 Gen. 2,14

---

70–78 Ethiopes ... caelorum] *cf.* Ambr. parad. 3,16 (CSEL 32/1, p. 275,11–276,4: Geon ... significat nomen hoc quendam terrae hiatus ... quid tam Aethiopiae simile, quod etiam nigrum est quibusdam tenebris peccatorum) 80 angustatores] *cf.* Victorin. Poetov. in apoc. 11,4 (CSEL 49, p. 100,10: Assur: deprimens); Ambr. parad. 3,17 (CSEL 32/1, p. 276,7sq.: Assyrii, hoc est dirigentes); Hier. in Os. 11,11 (CCSL 76, p. 129,369–371: Aegyptum, id est Mesraim, tribulationem interpretari et angustiam novimus; Assyrios quoque dirigentes sive, ut melius arbitramur, arguentes) 80sq. tigris fera maculosa] *cf.* Hier. sit. et nom. p. 155 l. 4sq. (Tigris ... vocatur hoc nomine propter velocitatem instar bestiae nimia pernicitate currentis)

---

KZ<sub>1</sub> (g k) || 65 qui] *inc. c* || 72 designantur] *des. c*

---

65 evangelista  $t_1$  | Fyson  $t_1$  (*exc. k*) || 66 figuram lapis *hnp. c* || 66–68 lapis ... figura *om. g* 66 autem ... propter] *ad k* || 66–68 habet<sup>2</sup> ... figura *hnp. c* (*ita ... figura om. uv.*) || 67sq. *ita ... figura om. k* || 67 baptismum Z; baptismo K || 67sq. sancti non deesset figura Z; sanctus non deces set figuram K || 69 Lucanus *scripsi*; Lucan K; Lucas *rell.* (*interpretatio Lucae g*); *cf. app. ad 59* | secundum Z<sub>1</sub> | flumine Zc; flumen  $t_1$  (*exc. c*) | nomen *om. g*; *fort. est addendum est* | qui circuit  $t_1$  (*hnp. c*) 70 Ethiopes] Ethiops g; Etiopie k | nigri homines] nigrionis k | est *om. t\_1* (*fuguram c*) | ergo *om. Z*; ego k | Geon *sl. K*; Gyonem g; est k; est *add. c* | evangelium Z<sub>1</sub>; evangelii K || 71 Lucam  $t_1$  | quia Z<sub>1</sub>; qui K | scribit  $t_1$  (*exc. k*) || 71sq. non observando *scripsi* (*cf.* 1231); observando (*-dum Z*) KZ; non servando  $t_1$  || 72 designatur Z || 72–78 nigri ... caelorum] id est nigri peccatores (*-ris k*)  $t_1$  || 72 scilicet *om. Z* | interficiendum Z || 73sq. ipso domino Z || 75 nos *om. Z* || 75sq. his ... accipiuntur *om. Z* || 75sq. manifestissime] sime K (*ac.*) || 76 ea *seclusi* | Geon] *fort. Ge scribendum est* | quid] qui Z (*ac.*) || 77 quia] qui k | non aliud quam *om. Z* | scilicet *om. Z* || 79 Matheus] interpretatio Mathei g; *cf. app. ad 59* | tertio flumini nomen] tertius flumen id  $t_1$  | fluminis Z | hoc est *scripsi*; hoc KZ; hic est  $t_1$  | quod] qui k | contra  $t_1$ ; ad KZ || 80 Assyrii] enim *add. g* | angustatores (*agus- k*)  $t_1$ ; \*angustiores KZ | interpretatur k | Persae] ipsi Z; Persi  $t_1$  | sicut enim tigris] Tygris autem  $t_1$  | enim<sup>2</sup> *sl. K*; *om. Z* fera] terra k || 80sq. maculosa] *acosa uv. k*